FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

# P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON, || GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA QVAEDAM LECTIONI || & studio ...

**Vergilius Maro, Publius**

**Lipsiae, 1590**

**VD16 ZV 30860**

LECTIONIS EMENDATAE RATIO EX ANTIQVORVM GRAMmaticorum & librorum obseruatione.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950**

Visual Library

# LECTIONIS EMENDATAE RATIO EX ANTIQVORVM GRAMmaticorum & librorum obſeruatione.

## IN BVCOLICIS.

FOLIO 1. Verſu 7. Syluestrem tenui) Quintilianus agreſtem, lapſu memoriæ.

2. 1. Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix) In antiquis & Aldino hic verſus deſideratur.

2. 10. Ecquæ tanta fuit) Diomedes, Et quæ.

4. 5. Hac mecum poteras requieſcere nocte) Chariſius, Hanc mecum poteras requieſcere noctem.

5. 2. Nec, quis ſim, quæris) Manuſcriptus, Qui ſim.

9. 22. Cum faciam vitula) Nonius tamen vitulam legit.

10. 16. Eheu, quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo) Seruius in lib. XI. legit, Heu, diuiſis ſyllabis, & eruo, pro aruo, rectius ſcribitur.

10. 24. Non noſtrum inter vos tantas componere lites) Diſtingue, Non: noſtrum inter vos.

12. 20 Cara deum ſoboles) Sex. Pompeius, Clara.

15. 17. Ecce duas tibi Daphni, duas: altaria Phœbo) Ita diſtinxi ex Seruio & manuſcripto.

17. 16. Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno) Hic verſus Virgilij non eſt, quem tamen alicubi laudat P. Victorius.

25. 7. Viridi procumbit in herba) alij in vlua.

27. 10. Nam neq; adhuc Varo) Probo, Vario, nunc enim de poëta eſt ſermo. Horat. Scriberis Vario.

30. 24. Scythoniaſq; niues) Sythonias ex Gellio.

IN

## IN GEORGICIS.

38. 11. Labor omnia vincit) Aldus, vicit.
42. 16. Nunc facilis Rubea ) à Rubo oppido.
43. 11. Noctis lent⁹ nõ deficit humor) ſcribe noctes.
45. 29. Noctiſq; per vmbras) Emendo per vmbram, ex manuſcripto & Arato.
47. 24. Denſat erant, quæ rara) Priſcianus Denſet, ſecunda coniugatione, pro denſat.
48. 15. Solem certiſſima ſigna ſequentur) Alij ſequuntur.
50. 17. Quæ Tuſcum Tyberim) Tiberim ſine littera Græca antiqui libri & marmora.
55. 4. Nam quæ ſeminibus) Rectius, Iam quæ.
55. 12. Plantis & duræ coryli) Lego, Plantis eduræ.
56. 20. Tumidis Bumaſthe racemis ) Bumaſte ſine aſpiratione βουμαστὸς, quamuis & μαστὸς ſcribatur.
58. 19. Te Lari maxime, teque Fluctibus, &c.) Legendum ex eruditorum ſententia, te Lari, Maxime, teq; Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino, Vt ſint tres diſtincti lacus, Larius, Verbanus, Benacus. In hunc enim diẽ Verbanus Inſubrum lingua, Lacus Maior, appellatur, de quo in Caſtigationibus noſtris.
64. 5. Optima vinetis ſatio eſt ) Verbum eſt omittit Acron, & manuſcriptum.
64. 18. Audent ſe gramina tuto) Vetuſti libri, germina.
64. 26. Cum primum lucem pecudes hauſere) Manuſc. Cum primæ lucem pecudes.
64 27. Ferrea progenies) Lactant. Terrea ꝑgenies.
66. 12. Vnctos ſaliere per vtres ) Priſcianus, Saluere.
71. 18. Septem quæ vna ſibi ) Septemq; ex antiquis & libro VI. Aen.
77. 20. Pecori duxere maritum ) Rectius, dixere.

77.21. Florenteſq; ſecant herbas ) Legendum, Pubentes, ex Seruio & antiquis.
78.27. Aut aris ſeruare ſacris ) Alij ſacros.
79.3. At primum laxos) Aldus, Ac primum laxos.
81.27. Per ſyluam tum ſæuus aper) Alij, Per ſyluas.
83. 26. Hæ quoque non cura nobis leuiore tuendæ) Antiqua, Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda, nec aliter Seruius.
84.4. Ciniphei tondent hirci) Cinyphij, ex Herodoto.
85. 23. Concreſcunt ſubito) Rectius, ſubitæ.
88. 3. Sedet omnia poſcens) Lege omina.
108.29. Nebulis obſcura receſſit) In manuſc. reſiſtit.
110.26. Triſtiq; palus innabilis vnda ) Inamabilis, non innabilis, ex Gellio & Macrobio.
112. 5. Nulliq; animum flexere hymenæi ) Scribo ex obſeruatione vetuſtæ lectionis, nulli animum.

## In Aeneide.

115.4. Ille ego qui quondam) Priores hos quatuor verſus meum manuſcriptum non habet, qui ſine dubio ſunt Virgilij.
117.23. Et tollere vento ) Donato placuit, & tollere ventos.
119.19. Iam fortis Achatæ) Chariſius, Achati.
125.23. Vt terræ atq; nouæ) alij, vt terræ, vtq; nouę.
127. 24. Tum celare fugam) Alij omnes, celerare fugam.
134.12. Officio nec te certaſſe) Alij, ne te certaſſe.
135. 8. Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt ) Vrbem quam ſtatuo ? veſtra eſt, per interrogationem & ſubiectionem. Seruius, & interpres Terentij.
139.22. Quibus ordine longo Cura penum ſtruere) longam Cura penum ſtruere, legunt Donatus, Seruius, Chariſius.

150.

140. 9. Inſideat quantus ) Seruius, Inſidat.
141. 17. Omnibus errantem terris ) Manuſcripta, Omnibus & terris errantem.
145. 15. Seu certe occumbere morti ) Aldus, certæ, vt ſit nomen.
145. 23. Inſuper ipſi Dardanidæ) Antiqua lectio, & ſuper ipſi Dardanidæ.
146. 1. Cuncta equidē tibi rex fuerint quæcunq; ) Antiqua, fuerit quodcunq;.
146. 20. Et non violabile veſtrum Teſtor numen) alij, & non violabile Veſtæ, vt & manuſcriptum.
152. 25. Exuuias indutus Achillis) Achilli genitiuum agnoſcunt Grammatici.
155. 2. Et maximus armis ) Legendum, annis, ex loco mox ſequenti.
156. 25. Arma dabunt ipſi ) Seruius, Arma? dabunt ipſi.
162. 8. Illi mea triſtia facta) illi, pro illic. Donatus in Terentium.
162. 27. Iamque adeo ſuper vnus eram ) Hic duo & viginti verſus non habet manuſcriptum meum & pleraq; alia. De his diſputat Campanus in quæſtionibus Virgilianis.
164. 4. Verum inclementia diuum Has euertit opes ) Donatus in Andriam, Diuum inclementia diuum, multo rectius.
187. 12. Atq; omnia turbet ) Melius omina.
188. 9. Heleno prudentia vati, ſi qua fides ) Diſtingendum, Heleno prudentia: vati. Si qua fides, propter ſententiam.
188. 11. Præq; omnibus vnum ) Diomedes & Donatus, proq; omnibus.
188. 16. Fines Italos metiere) Verſus claudicat in Aldinis, itaq; legendum, mittere, non metiere.
193. 12. Quoties mutat latus ) Alij, motat.
194. 29. Tepidi tremerent) Alij, trepidi tremerent.

101. 7. Ante pudor, quam te violo, aut tua iura reſoluo] Ita Chariſius, & Diomedes, & interpres Terentij, ſupra illud, Omnia experiri certum eſt prius, quam pereo.
103. 16. Magnum & memorabile numen] Legendum, magnum & memorabile nomen, & referendum ad ſequentia.
109. 6. Materno veniens ab auo Cyllenia proles] In quibuſdam omiſſus totus hic verſus, tanquã nothus.
109. 24. Tali Cyllenius ore locutus Mortales viſus] In manuſcripto: tali Cyllenius ore locutus Mortalis, βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς.
118. 21. En quid agam] Antiquum, En quid ago? Interpres Terentij, Heu quid agam, non rectè.
134. 23. Ternos aptareq; iuuencos] Ita rectius quam optare.
137. 14. Incumbens humeris] Aldus, humero.
137. 19. Fuſus humi] Aldus, cæſis vt forte iuuencis Fuſus, humum virideſq; ſuper madefecerat herbas, eodem modo Seruius.
138. 23. Nunc ſi cui virtus animuſq;] In antiquo, Huc ſi cui virtus.
146. 19. Falleret indeprenſus] Seruius, Frangeret.
146. 24. Hunc morem curſus] Manuſcriptum, Hunc morem, hos curſus.
151. 3. Animus diducitur] Magis Poëticum, in curas animum diducitur.
153. 11. Pœnam traxiſſe per omnem] Vetus lectio & diſtinctio, nec pœnam traxe per omnem Relliquias: Troiæ cineres atq; oſſa peremptæ Inſequitur.
155. 17. Aeneam credam quid enim fallacibus Auſtris] Donatus legit, Aeneam credam? quid enim fallacius Auſtris, Et cœlo? toties deceptus fraude ſereni.

259. 13. Quin protinus omnem] Vetuſta, quin protinus omnia.
259. 14. Perlegerent oculis] Terentius Scaurus, perlegerent.
261. 18. Quam tua te fortuna ſinet] Aldus, Qua tua te fortuna ſinet.
261.27. Omnia percepi] Latinius, præcepi, vt vetuſta.
270. 8. Neq; te Phœbi cortina fefellit Dux Anchiſiade, nec me deus æquore merſit] Diſtingue, neq; te Phœbi cortina fefellit, nec me: Deus æquore merſit, ex Seruio.
278.27. Immortale iecur tundens] Alij, tondens, ex Homero ἧπαρ ἔκειρον.
283. 2. Italia tandem lætere reperta] Probati codices, Italia mecum lætere reperta.
284. 27. Atq; vmbrata gerunt] Melius, At qui vmbrata gerunt.
285. 1. Pomerios] Legendum, Pometios. Tragœdia Næuij fuit, Pometienſes milites, inſcripta.
285.14. Huc geminas nunc flecte acies] Vetuſtum, Huc geminas huc flecte acies.
285. 18. Auguſtus Cæſar diuum genus] Scribendum, diui genus, ex Seruio, manuſcriptis, antiquis marmoribus & numiſmatis.
287.3. Proijce tela manu ſanguis meus] Rufianus Rhetor legit, ſanguis pius.
294. 8. Huc dona ſacerdos Contulit] Sententia poſtulat, Cum tulit.
298.12. Auruncos ita ferre ſenes] Lege Aruncos: Hi enim Latij ſunt, vt Aurunci Campaniæ.
301.16. At credo mea numina] Melius, an credo.
304. 23. Te luſtrare choros] Te luſtrare choro, antiqua.
305. 3. Matres audite vbicunque Latinæ] Priſcianus, vbi quæq;.

307. 4. Perfudit toto ] Alij, perfundit.
308. 23. Quod cuiq; repertum] Plenius, quod cuique repertum eſt Rimanti.
314. 20. Nec Præneſtinæ] Preneſte ſine diphthongo in prima ſyllaba, in libris & marmoribus antiquis.
318. 21. Auruncæq; manus] Legendum, Aruncæ, vel (vt in manuſcripto) Arruncæ. Auruncorum in Campania, paulò ante facta mentio.
318. 28. Atque in mare conditur Vfens ] Sex. Pompeius & libri Liuiani, & antiqua marmora perpetuò ſcribunt, Oufens, vnde Oufentina tribus.
322. 20. Timor omnis & iræ ] Legendum, tumor omnis.
322. 23. Tuque ô Tybri tuo genitor] Alij, Tuq; ô Tybri, tu ô genitor, quod probo, licet alterum magis Ennianum.
323. 29. Propius tua numina firmes ] Donatus, placidus. Seruius, propius, & hoc loco & in 10. Aen.
328. 11. At furijs Caci mens effera] Emendo, furis Caci, ex proprio poëta, & Seruio Grammatico.
329. 28. Fuga iam ſuper vlla pericli eſt] τὸ eſt, vetuſta non habent.
332. 18. Tum manus Auſoniæ ] Melius eſt, Tum manus Auſonia, & gentes.
339. 12. Cum ſonitu venit & ruere ] Expungendum, &.
342. 10. Vt procul è gelido ] Egelido legendum vnica dictione.
343. 23. Cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis] Antiqui libri, Mallium hunc vocant.
345. 3. Roſtriſque ſtridentibus] Alij tridentibus.
348. 11. Sedemque petiuit Euandri ] Politianus, petit, non petiuit, cui aſſentior.

350. 24. Feruidus implet ] Donatus, infert.
351. 12. Timor anxius vrget] Alij, angit.
351. 17. Qua fata vocas ] Seruius, trahis.
352. 16. Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ]Suſtuli hunc verſum ex autoritate & conſenſu codicum veterum, qui aptius reperitur libro ſequenti.
354. 9. Rectores iuuenum] Alij iuueni.
357. 23. Inſuper hoc campi,quod rex habet]Inſuper his, campi quod rex habet ipſe, ita Seruius.
363. 7. Et candida pectora rupit ] Donatus meo rectius , & pectora candida rumpit.
363. 16. Inſtat non ſegnius ] Seruius , non ſecius.
364. 1. Tepidumque recenti Cæde locum ] Seruius & Macrobius, tepidaque recentem Cæde locum, quos ſequendos cenſeo.
364. 2. Plenos ſpumanti ſanguine riuos ] Rurſus aliter Seruius, pleno ſpumantes ſanguine riuos.
364. 8. Aerataſq; acies in prælia cogit Quiſq; ſuas ] Diſtinguo & lego , æratasq; acies in prælia cogit, Quiſq; ſuos.
365. 2. Canibus data præda Latinis ] Rectius, date præda.
365. 3. Nec te tua funera mater Produxi ] Donatus in 11. legit, nec te tua funere , non bene.
366. 4. Voluuntq; ruuntq; ] Donatus , trahuntq;, communem lectionem retineo.
368. 29. Marti prætendere muros ] Seruius, mort.
370. 3. Sonat vna lethifer arcus]Donatus , fatifer.
370. 28. Sic orſus Apollo Mortalis ] Hanc lectionem eligo, vt & ſuperius factum eſt.
371. 22. Liquentia flumina ] Liquetia alij, proprium fluuij nomen in Venetia.
379. 4. Inundant ſanguine foſſæ] Seruius & Priſcianus , & inundant ſanguine foſſas : licet Priſcian. & alterius lectionis faciat mentionem.

Cona-

381. 12. Conamur? nos, an miſeros] Diſtingue, Conamur? nos? an miſeros.

382. 18. Hos germani Sarpedonis ambo, Et clarus Ethemon] Diſtinctionem & lectionem aliam ſequor, nempe in textu expreſſam. Hos Germani, Sarpedonis ambo, Et Clarus & Hemon. Clarus autem, vt Panthus.

387. 25. Littora præripere] Donatus, præcipere.

389. 3. Perq; ærea ſcuta] Legendum, perq; ærea ſuta.

389. 13. Clamantis ſiſtit in ore] Seruius, clamanti.

390. 20. Stant obnixi omnia contra] Seruius, obnixa.

392. 8. Ac velut optato] Scripti, optato, vt ſit aduerbium, vt, optato aduenis.

395. 3. Sanguiſque animuſque ſequuntur] Probati codices, ſanguis animuſque.

395. 6. Quem Turnus ſuper aſſiſtens] Quod additur, ſic ore profatur, id inducetur. Nam in libris antiquis non reperitur, & apparet ab aliquo poſtea illam clauſulam additam fuiſſe, non aſſcriptam à poëta.

402. 21. Multos Veſulus quem pinifer annos] Manuſcriptum multis annis.

405. 12. Vires haud Protulit] Alij Pertulit.

405. 17. Tuaq; optima facta] In alijs, tuaq; optime facta.

413. 2. Fors & vota facit] Legitur & vna dictione, Forſet pro forte.

415. 5. Et viuis concedere vellem] Donatus mallem.

417. 15. Meritis vacat hic tibi ſolus Fortunæq; locus] Donatus & Seruius, Meritis vacat his, & mea ſententia rectius.

422. 9. Aurunci Rutuliq; ſerunt] Legendum, Arunci, de quibus ante bis dictum eſt. Arunci Ru-

tulis finitimi, Aurunci Sueſſanis.

425. 26. Sunt illis ſua funera ] illi, non illis.

433. 22. Et nunc lenta manu] Donatus, læta.

438. 28. Nihil ipſa nec auræ, Nec ſonitus memor] Auras genitiuo antiquo, pro auræ legunt Seruius & Aſper.

458. 6. Dicta manu genitrix] Ex Donato, & libris vetuſtis, & ex concinnitate ſententiæ ſcripſi, ipſa manu genitrix.

460. 10. Nec pede congreſſos, nec equo] Coniunctè legendum, Nec pede congreſſos æquo, nec manu ſcripto.

462. 19. Ingentis turbine ſaxi ] Donatus, ingenti.

462. 25. Fixo ſtetit haſta cerebro] Donatus, fuſo.

464. 12. Teſtaturq; deos iterum ſe ad prælia cogi] Idem, ſe inuitum ad prælia cogi.

464. 26. Incendi muros ] Seruius & hoc loco, & in Georgicis, Inceſſi muros.

468. 23. Inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro] Scripſi, & cernere ferro, ex Seneca & Seruio.

468. 29. Ac veluti ingenti Sila] Syla, non ſylua, ex Vibio Sequeſtre & Seruio.

470. 29. Detulerat fixam] Ita Seruius. Sed Donatus, Detulerat mollem.

Anno-